

32

Περὶ διατιμήσεως τῶν οἴνων Ρουμανίας καὶ Κρήτης. Ποινai διὰ τοὺς ἀναμιγγύοντας οἴνους Κρήτης
καὶ Ρουμανίας μετὰ Ἰταλικῶν οἴνων. 1350, Ἰανουαρίου 12.

F^o 166^r Millesimo trecentesimo XLVIII, die XII Januarij.

Capta. Quod usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum, possit
uendi vinum Romanie xv denarijs, figeta, et uinum Crete denarijs xxiiij, soluendo
5 datum solitum pro amphora, cum conditione, quod si hosterij, uel aliquis eorum
repertus esset in fraude miscendi vinum Marchie, uel aliud vinum in vinis Crete
et Romanie, quod de penis quas incurrerent per ordines terre, non possit eis fieri
ulla gratia, sub pena librarum L pro quolibet consiliario et alio qui poneret partem.

Ego Johannes Nicholaus Rubeus manu mea subscrispi

Ego Nicholaus Delfino manu mea subscrispi

10 Ego Franzischus Contareno manu mea subscrispi

(S. T.). Ego Johannes Vido notarius curie suprascriptum consilium de man-
dato suprascriptorum dominorum ad hec constitutorum cancellau in
13 1376, x Januarij.

33

Ἡ διάταξις ἡ ἀπαγορεύουσα τὸν διορισμὸν εἰς ὁφφίκια τῆς Κρήτης λόγῳ χάριτος ἀκυροῦται, ὑπὸ τὸν
ὅρον αἱ παρεχόμεναι ἐν Βενετίᾳ χάριτες νὰ μὴ ὑπερβαίνωσι τὸ ἥμισυ τῶν ὁφφικῶν τούτων. Τὰ
προσόντα κατοικίας τηροῦνται τὰ αὐτὰ ὡς εἰς τὴν ἀπόφασιν ἀπὸ Ἰουλίου 1349. 1350 Φεβρ. 14.

F^o 166^{to} Millesimo trecentesimo XLVIII, die XIII Februarij.

Capta. Cum per formam cuiusdam partis capte in Maiori Consilio 1349
de mense Julij, duraturam quinque annis, et postmodum confirmatam hucus-
que prohibitum fuerit, de non faciendo gratiam de officijs Crete, nec de me-
5 dietate nostra, nec de medietate illorum deinde; et communiter iudicetur utilius
ipsam prohibitionem reuocare; uadit pars, quod omnia consilia prohibentia fieri
gratias de officijs Crete reuocentur in tantum, quod amodo de ipsis, scilicet de
medietate nos tangente, possit concedi, sicut uidebitur per uiam gratie. Verum
quia decens est, quod dimidiatas officiorum, quam habere debent, illi deinde
10 integre et equaliter reseruetur eisdem; ex nunc firmum sit, quod si aliqua castel-
lania, uel officium Crete concedetur de hinc per gratiam, uel dabitur per nostros
Ducham et consiliarios Crete pro ratione medietatis nostre, non possit ipsum offi-
cium uel castellania ulterius de hinc concedi, uel per nostros rectores dari in
ratione medietatis nostre donec illi, qui debent habere de medietate deinde, ipsam
15 castellaniam, seu officium habuerint, et tenuerint tanto tempore, quanto fuerit
possessum pro ratione nostre medietatis; intelligendo, quod de medietate deinde,
sicut antea erant, non possit dari, nisi personis, que ibi habitassent et domici-

